



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 6. Terræ aliò migrantes, vel trementes etiam prosunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

portendere, aruspices responderunt. Sed videtur potius terra novos incolas auersata, ad eorum aduentum cohorruisse. Qui enim terra non sunt contenti sua, digni fiunt, vt pereant in aliena; quæ sæpe, vt Alexandri equus fessorem, indignum possessorem excutit.

§. VI.

Terra alio migrantes, vel trementes, etiam profunt.

Quamuis nonnunquam, terra quoque ipsa ad alios migrat digniores. Quo pacto, in Italia, cum terra, per quadraginta continuos dies quateretur, villa quædam mota, Anno 1117. ad alium procul diffitum locum transfuolauit. Et sæpius ita tellus tremuit vibrauitque. Talis enim motus abtulit insulas mari, junxitq; terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Ethusam Mindo, Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam, Parthenio promontorio. Aliæ multæ insulæ à Plinio recensentur, loco motæ, vel absorptæ, vel interruptæ haustæque. Quin etiam nascuntur, hoc modo, terra ac repente in aliquo mari emergunt, velut patria secum faciente natura, quæq; hauserit hiatus, alio loco, reddente. Vsq; adeò etiam prodesse

Ranulph: lib. 7. c. 15.

Plin. 1. 2. nat. hist. cap. 89.

Ibid. c. 86.

desse potest terræ tremor, vt terras reddat.
Sed nulla maior utilitas, quàm quòd ho-

Matth.
27. 51.

mines doceat timere Deum terras concu-
tientem. Cùm Christus, in cruce infami
interfectus esset, obstupuit natura, & terra
mota est, & petra scissa sunt, & monumenta
aperta sunt. Non caruit fructu suo motus
ille. Siquidem Centurio, & qui cum eo erant
custodientes Iesum, viso terra mota, & his que
fiabant, timuerunt valde dicentes: Vere Filius

desunt 7
7. 3. 5. dil

Dei erat iste. E terræ motu *docibiles Dei,* Deum
agnoscunt, omnipotentiam illius intelli-
gunt, iram metuunt, de peccato, velut de
sepulchro resurgunt. Idcirco enim terram
concutit Deus, vt petrae & saxea impiorum
corda scindantur. Quæ si obstinatè pergunt

3. 1. mil 9
bid. 300
28 953

ire in scelera, & Seruatoris contemnere
passionem, calcare sanguinem, Dei se mi-
sericordia indignos faciunt, eiusque san-
guinem cogunt in cælum clamare. Quod

Moscus
Euirat. in
Prat. spir.
cap. 50.

apud Moscum, Georgius Abbas, in Pala-
estina vidit, testatusque est, cùm extra or-
dinem auditus esset euolare; eò quòd vidisset
iratum in sublimi throno Christum, die
quodam Iouis sancto, neque à sanctis, ne-
que ab ipsa Matre sua flecti potuisse; ac po-
stea ipso die sancto Veneris, ingenti terra
motu

383. bid

motu, hora nona, tot vrbes ac populi ceci-
derunt. Ita passio Christi in salutem data,
impijs fit in injuriarum recordationē; De-
umque, quem hominibus bonæ voluntatis
placat, duris ceruicibus ad iram inflamat;
in terrorem sceleratorum. Nam quid alijs
fieri possit, exemplum in alijs fecit; quando
varia hominum flagitia, horrendis terræ
cladibus, vindicauit. Quod enim cælestis
Pater fecit terram concutiens, Christo in
cruce interfec̄to; id etiam postea sæpius re-
petiuit, cū eundem hæretici è diuinitatis
folio deripere conarentur. Tantus & ele-
mento horror, & ipsi Deo inest odium
blasphemiarum.

§. VII.

*Hæresis Ariana causa terra tremētis; cuius
firmanda modus, in exemplo docetur.*

Anno 343. sub Constantino Imp. Ariano,
Neocæsarea vi terrę motus, mari absorpta;
& An. sequenti Rhodus insula penè tota
subuersa est: posteroque Dyrrachium to-
tum procubuit. Quin etiam Roma, per
triduum, magno cū periculo, tremuit: &
duodecim Campaniæ vrbes funditus, eodē
impetu, corruerunt. Atque An. 364. cū
moreretur Constantinus Imp. Mopsucre-
nis,

Car. Sig-
on. lib 5.
Imp. Oe-
cid.

Eutrop.
lib. 11.